

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mulier k  
cum uariis

Illud aduerte quod extra paradysum uir factus est, mulier intra paradysum ut aduertas quod non loci, non generis nobilitate, sed uirtute unusquisque sibi comparat gratiam. Denique extra paradysum, hoc est in inferiori loco, uir factus melior inuenitur, et illa que in meliori loco, hoc est in paradyso, facta est deterior inuenitur.

Ambrosius ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quod] quam P V<sup>1</sup>; uirtute] sibi *add.* B; est *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Ambrosius *om.* L<sup>2</sup>